



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**


**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

16. Maij. 17. Cal. Junij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

scien-  
tium  
deplo-  
ratur.

*unum quempiam de religiosis trans-  
ire ad melius. Rara avis in terris  
est, qui de gradu, quem fortè in re-  
ligione semel attigerit, vel parum  
ascendat.*



16. Maij. 17. Cal. Junij.

Obijt  
anno  
1197.

Lata  
visione  
recrea-  
tur.

**B**. EUSTACHI, Abbas monasterij  
Hemmenrodensis: qui, ut paratam  
laboribus tuis in cœlo mercedem in  
hac vita prægustares, eandem lætissi-  
ma visione tibi Mater totius consola-  
tionis ostendit. Ex more constitutio-  
num Ordinis filios Heisterbacenses vi-  
sitaveras: cum quibus dum in solenni  
psalmodia hymnum, *Te Deum lauda-  
mus*, decantares; visa est illa de cœlo  
delabi, & pendentem aureâ catenâ co-  
ronam manibus in medium chori de-  
mittere. Nobile hoc sertum pro gem-  
inis gestabat inserta præsentium no-  
mina, fulgore suo totum Oratorium  
illustrantia. Silentium, finito cantico  
factum, hæc vox ab illa descendens in-  
terpolavit: *Sicut ego hodie sum in gloria  
mea, ita isti omnes mecum erunt in æter-  
num. Tu ora, ut meo in clementissimam  
Matrem qualicunque devotionis affectu  
impetrem*



*impetrem, si non promissione revelatâ, saltem confidentiâ humili plenam, de consequenda salute mortem.*


B. ADAME, ex Abbate Caroli-lo-Floruit  
ci ad Episcopatum Silvanectensem e-anno  
veste: qui præter insignem sanctimo- 1211.  
niam mira etiam eruditione pollebas:  
quod testatur ingens Homiliarum vo-  
lumen, totius anni circulum comple-  
ctens. Nec impar doctrinæ fuit elo-  
quentia, zelo Apostolico armata; illi-  
que respondens fructus, quem munc-  
ristui conscius Pastor, de grege com-  
misso retulisti. Incitabat nempe ani-  
mum tuum ad arduos labores, viva &  
quietis ignara Fides, qualem in anima-  
rum maximè pastoribus exigit Doctor  
gentium, fidei vitam ex operum mo-  
tu quodam dignoscens. *Impetra mihi à* Viva  
*Deo hanc vitam: quâ manus vivas osten* Fides.  
*dam in orationis devotione; pedes in obedi-*  
*entia velocitate; oculos, in meditationis*  
*ardore: omnes denique corporis & animæ*  
*vires, in elevatione continua mentis à ter-*  
*renis ad cælestia.*

S. BERNARDUS, ser. 2. in Pasch.

*Sicut corporis hujus vitam ex motu* Signa  
*dignoscimus; ita & fidei vitam ex* vivæ  
*operibus bonis. Itaq; vita quidem* Fidei.  
*corporis*



corporis est anima, per quam movetur, & sentit: vita vero fidei charitas est, quia per illam operatur.



17. May. 16. Cal. Junij.

*Floruit*  
*anno*  
1147.

**B**LAURENTI: qui à sancto Abate BERNARDO cum socijs in Brabantiam missus, celeberrimi monasterij Villariensis, dura licet, sed eò nempe diutiùs duratura fundamenta jecisti. Ad exemplar Matris Cistercij, & Clarævallis, multo tempore constructa ex arbore rudi tuguria, cœnobium, herbæ cum aqua mensam, paupertas promptuarium vestimentorum præbuere. Quæ tamen omnia læto animo tuus in DEUM ardentissimus amor amplectebatur. Quin imò cum hanc penuriam fidelium liberalitas abunde jam sublevasset, ne austerum hunc vitæ tenorem deserere cogereris, dimisso regimine, solitarius, absque omni rerum temporalium usu, partem vitæ reliquam transegisti. Tandem miraculis, & sanctitate celebris, ad eum, quem solum quærebas, vitæ auctorem feliciter migrasti. *Quàm longè atia foret mea vivendi ratio, si non nimis oscitanter, ut hæc*

*Rigor*  
*vite*  
*maxi-*  
*mus.*